UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 4. Voigtlandia, la Voigtland.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

Chemnicium : *Kemnitz*, ad Fl. cognominem, vbi cœnobium S. Benedicti locuples, à Regibus Francis conditum.

Anneberga : *Anneberg*, in monte Schenebergo *Scheneberg*, ad metallicorum commoditatem à Georgio Saxoniæ Duce condita.

Liſnikum : *Liſnik*, Petri Appiani patria, ad Fl. Muldam.

DVCATVS ALDENBVRGENSIS, *Duché d'Aldenbourg.*	Aldenburgum : *Aldembourg*, antea Pliſſemburgum à Fl. *Pleiſſ*, cui adiacet. Comitatus olim Imperij caput erat, nunc in eâ vrbe Duces commorantur.
OSTLANDIA REGIVNCVLA *Oſterland.*	Oſterfeldia: *Oſterfeld*, medio itinere inter Elyſtrum & Muldam. Grima : *Grim*, cum arce ad Muldam, quam aliqui Latinè loquentes perperam, Cremonam dici volunt : Academia eſt, ſub Duce Saxoniæ.
THVRINGIÆ PARS	de quâ mox agemus §. 7.
LVSATIA	de quâ in Bohæmiâ pluribus.

§. 4. *Voigtlandia*, la Voigtland.

SAXONICA	ADORFVM : *Adorf*, præcipuum Voigtlandiæ oppidum, ſic dictum quaſi *Hapdorf*, hoc eſt *ſaltus villæ*, quia ibi ſaltus religioſus. Dicta autem eſt Regio à Voigtis, ſeu præfectis, qui hîc olim à Romanis miſſi præerant. Plaua: *Plauu*, ad Elyſtrum *Eilſter*, quaſi *Cærulea vallis*, ab Henrico nobili Voigto illuſtrata. Veida : *Vveiden*, à Fluuio cognomine qui hîc cadit in Elyſtrum, olim Comitatus *de Glisberg*: à Comitiis factis religionis cauſâ celebratur. Coburgium : *Coburg.* Cronacum : *Cronak*, de quibus in Franconiâ dictum eſt.

BRANDEBVRGICA	Culembachium : *Culembach.* Hoffa : *Hoff.* Blaſſemburgum : *Blaſſembourg.*	de quibus actum in Franconiâ, quæ hanc Voigtlandiæ partem decerpit.